Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

laciam. et xl milia uini sextarios.
Horum quinta pars pauperibus templaque
obseruantibus debet expendi, reliqua
peregrinis indigentibusque distribui. Tur-
pe namque est ut iudeos quidem non abi-
ciant, sed potius nutriant impii gali-
lei, et suos pariter et nostros, nostri uero nostrorum
solatio deserantur. Quapropter doce et
collationes facere paganos ad talia
ministeria paganorumque uicos offerri
diis primicias frugum, eosque huiusmo-
di benefactis institui. docens eos hoc
opus olim fuisse nostrorum. Homerus enim
hoc probat. introducens eumenum
talia facientem. Nos ergo neque bona
nostrorum imitamur. sed aliis remittimus
negligentia non confusi, magis autem deorum
reuerentiam respuentes. Si igitur hec
te facientem ego cognouero, leticia
plenus ero. Presides prouinciarum raro
domi suscipe, frequentius eis scripta
transmitte, ingredientibus eis ciui-
tatem sacerdotum nullus occurrat.
Cumque ad templa uenerint deorum
intra ianuas eos nemo precedat mi-
litum. forte autem precedentium offici-
orum, sed qui uoluerit subsequatur. cum ad
ipsum limen templi peruenerit. priua-
tus existat. Tu enim sicut nosti in-
tus es iudex, hoc etiam enim sacra sa-
nctio uidetur exigere. Obedientes
igitur pro ueritate pii sunt, reluctantes
uane glorie comprobantur. Quid etiam pati-
atur. aut quod mereatur auxilium
qui matrem deorum propiciam habere no-
luerit. Qui igitur eam neglexerunt
non solum sine querela non erunt,
sed etiam nostre indignationis impetum
sustinebunt. Neque enim fas est ut

ut illi pareatur, qui deos habuerit
inimicos. Suade siquidem eis. ut si
mea uolunt frui tuitione omnes
matri deorum studeant offerre culturam.
[H]ec itaque faciens XXX.
imperator, ad destructionem christi-
anorum neque suadere preualuit subiec-
tis, et aperte uim inferre palam eru-
buit. Inter hec ut ad paganitatem
milites insuescerent. studuit ad
priscum scema reformare signum
illud sublimius romanorum. quod constan-
tinus sicut predictum est in crucis for-
mam mutauerat, uerum in publicis
imaginibus depingebat iouem qua-
si de celo sibi coronam et purpuram
deferentem mercuriumque. et martem
in se respicientes uelut pro testimo-
nio sapientis et fortis, et hoc agebat
in imaginibus sub occasione impii [vt latin]
ter adorarentur dii. et hoc modo subiec-
ti clanculo fallerentur. Arbitrabatur
enim quia si hoc sponte eis impo-
neret, postea quod uellet impleret.
Si uero respuentes agnosceret. uenia
sublata torqueret. tamquam circa
romanorum sollempnia reluctantes,
et in re publica atque ipso imperio
delinquentes. Pauci siquidem et iam
penitus subditi cognouerunt dolum, qua-
sicut moris erat adorare nolue-
rant. Turbe uero ut assolet pro ignoran-
tiam simpliciter imagines adorabant,
quod tamen imperatori nichil profuit.
Cumque multa excogitaret quibus paga-
norum ritus extolleret, inuenit mo-
dum qui pluribus militibus christianis.
clare uirtutis coronam dedit. Cum
uenisset itaque tempus quo imperialia